

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9799

Auteur(s) : Henri de Nonant [particulier]

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1163-1220]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri de Nonant assigne aux moines de Saint-André-en-Gouffern, pour l'aumône qu'ils possèdent à Saint-Rémy d'après le don de Guy de Nonant et ses successeurs, quatre setiers de blé à la mesure de Saint-Pierre-sur-Dives à percevoir de son moulin de Bretteville[-sur-Dives] en septembre. Pour cela, les moines lui concèdent tout ce qu'ils ont à Saint-Rémy. Henri leur concède également la franchise au marché de Saint-Georges.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6578.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 227-232, p. 435.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Fin du XIIe- début du XIIIe siècle. La donation faite par Guy de Nonant est confirmée par la bulle d'Alexandre III en 1163, 7 octobre.

Texte d'après A

Universis matris Ecclesie filiis, H[enricus] de Nonant salutem. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod pro elemosina quam apud Sanctum Remigium monachi de Sancto Andrea possederant ex dono Guidonis de Nonant et successorum ejus, ego Henricus de Nonant .IIII. sextarios bladi convenientis quod ad vendendum et emendum aptum sit, ad mansuram Sancti Petri super Divam annuatim persolvendos infra mensem septembris assignavi, hujus bladi duo sextarii debent esse frumenti et .IIo. ordeï, in molendino meo Britteville. Pro his .IIIIor. sextariis bladi in pace et quiete habendis, monachi mihi quicquid apud Sanctum Remigium habebant dimiserunt. Hoc est, decimam panis et omnium ad mensam meam pertinentium, exceptis carnibus, et quam ipsi monachi non comedunt carnes, .III. solidos Andegavensium accipient in Sacespee. Et etiam dimidiam acram prati que est apud Britevillam in capite pratorum meorum. Divisio vero terre date elemosine incipit in capite orti sanctimonialium (sic) et tendit per vineam Hindelin, et ipsa vinea et quoddam virgutum est ejusdem elemosine et predicta vinea Hindelin reddit octavam partem vini. Virgutum vero reddit .VI. denarios Cenomaninsis (sic) monete. Divisio tendit a vinea per juxta terram Alvavator, usque fossam Alrois et ipsa fossa et id quod aratrum non potest arare est ejusdem

elemosine. A fossa vero divisio dirigitur ad domum Lazari et abinde per tramitem versus crucem Clementis et ab ipsa cruce Bassa via que alias secat, vadit ad fosseium divisionum abbatis Sancti Petri super Divam et ab ipso fosseio dirigitur usque capud campi Bernardi, per inter terras Pontis Ollanni, usque Alnetum Pipardorum, et ab illo loco vadit ad fontem Celee, et ab illo versus fontem Ruiant, et id quod aratrum non potest arare est ejusdem elemosine, et a fonte Ruiant usque fontem de Buot, per juxta terram Ablont. Ortus sanctimonialium et campus qui subtus est ejusdem elemosine est. Et divisio hec vadit ad capud campi Galterii de Hamel versus fosseium de Monte Ernuchum, et ab hoc fosseio dirigitur usque capud orti sanctimonialium et etiam in nundina Sancti Georgii quitantiam vendendi et emendi et communem pasturam pecudum. Et etiam nemus quod nominatur Lafoetelee que est inter duas vias. Si vero monachi predictam summam bladi libere et quiete et sine molestia ad mensuram et terminum supradictum habere non poterint, ad suam elemosinam possidendam sicut divisa est sine contradictione revertentur. Hoc autem sciendum est quod ego Henricus concedo monachis quitantiam in predicta nundina Sancti Georgii. Valet. Testes autem sunt hi, Johanne archidiacono, Ricardo de Britevilla, Gifardo de Lorrei, Guidone de Lomulle, Rogerio de Crocei, Roberto Faucum, Rogerio Pedeleporis, Ricardo Pertore, Herveio filio Ase, Rogerio de Novavilla, Andrea de Doto, Nicholao fabro, Girardo de Fontanis, Hugone de Laferte, Rogerio Gopil.